



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

*Lachrimae seminarii Tridentini, sub cura patrum congregat.
Somaschae, Iosepho Basso e Schledo Vincent. rectore. In illustriss. & reverendiss. D.D. Ludovici Madrutii S.R.E. card. Episcopi, & principis Trident. sedis apostolicae legati, Germaniae protectoris, funere, &c. In eccl. Sanctiss. Trinitatis Monialium S. Francisci de observantia, celebrato die 19. mensis maij. anno 1600, Trento, Giovanni Battista Gelmini, 1600.*

Esemplare digitalizzato:
Trento, Biblioteca comunale, T o f 41

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/79>

BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA

progetto STABAT – Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

L A C H R I M Æ
S E M I N A R I I
T R I D E N T I N I ,
S V B C V R A P A T R V M
C O N G R E G A T . S O M A S C H .
Iosepho Basso e Schledo Vincent. Rectore.

In Illustris. & Reuerendiss. D. D. L V D O V I C I
M A D R V T I I S. R. E. Card. Episcopi , &
Principis Trident. Sedis Apostolicae Legati, Ger-
maniae Protectoris, funere , &c. In Eccl. Sanctiss.
Trinitatis Monialium S. Francisci de Obseruan-
tia, celebrato die 19. Mensis Maij . Anno 1600.



T R I D E N T I ,
Apud Ioannem Baptistam de Gelminis . 1600 .
Cum Licentia Superioritatis .

LA CHIRI
SEMINARIO
TRIDENITANO
ACADEMIA PLATAM
CONFERENTIA SOMMERIA
Johannes Gualdo Sacrae Scripturae Regius
THEATRUM SACRAE SCRIPTURAES D. FRANCISCI
MADRIENSIS ET R. H. C. C. Capitulorum, &
Publicorum Librorum, Secundum Abuloficis, Fleury, Gec
mizzi, Ptolemaios, Iosephus, &c. In Paganis, Sacrae
Trinitatis, & Angelorum, & Prodigiorum, &c. Quod pertinet
ad corporis & animae, & spiritus, & anima, & corpore



LA CHIRI

SEMINARIO TRIDENITANO ACADEMIA PLATAM CONFERENTIA SOMMERIA



MO

MO

ILLVSTRISS. AC REVER.

D. D. CAROLO MADRV TIO

Episcopo, & Principi Trideñ. &c.

ET

ILLVSTRISS. D. D. ALIPRANDO,

ET FORTVNATO

MADRVTIIS.

Seminarij Trident. Alumni S. P. D.



NIMVM Suum in illud quisquis
intendere debet, vt ei, qui de se
aliquando bene meritus fuerit,
det voluntatis in illum suæ pro-
pensionis aliquam significationē,
& quas eius humanitas postularit,
gratias habeat, leui etiam quandoq; munusculo re-
ferre conetur. Illud nullo vñquam tempore e no-
strum cuiusquam memoriam excidit, sed tenuitate
nostra nunquā assecuti sumus, vt tibi in primis Illu-
striss. & Reuerendiss. PRÆSVL, & vobis Illustriss.
VIRI, quorū in nos promerita, & numero infinita,
& magnitudine immensa cognoscimus, animorum
nostrorum erga vos propensionem declararemus;

e 1573

A 2 Nunc

Nunc verò cum tristi fato euenerit , vt cum morte
commutari vitā Illustrissimus & Reuerendissimus
LVDOVI CVS Cardinalis , Episcopus , & Prin-
ceps Ciuitatis huius Trident . ac huius Seminarij
nouus institutor , quippe qui nos mandarit , atque
commiserit Somatchensium patrum curæ & guber-
nationi ab hinc quidem paucos annos , sed illos cer-
tè felices , permoti , & ferè impulsi monitis , & hor-
tationibus , eorundem patrum , qui in eius Illustris-
simi clientela positi erant , dum viueret , & a quo se
innumerabilibus beneficijs affectos fatentur , ijs of-
ficijs eum mortuum prosequuti sumus , quæ licet nō
æquarent merita in nos sua , tamen grati animi signū
aliquid darent , & quæ pro viribus nostris maiora
potuimus . In eo funere , cui etiam vos pro vestra
in nos humanitate interesse voluistis , nænias qua-
dam , siue lachrymas in pagellis expositas muris Tē-
pli Sacratissimi Sanctissimæ Trinitatis Monialium
Ordinis Sancti Francisci de obseruātia affixeramus ,
vt ex ijs intelligerent homines , quem nobis mæro-
rem illius Sanctissimi Præsulis interitus attulisset :
verum peracto funere , quod quidam , nænias illas e
Templi muris , quibus affixæ erant , euellerint , alij
à nobis in sempiternam illius felicissimi Principis
memoriam Domi asseruandas petierint , nonnullæ
etiam primaria libenter legerint , & secum habere
voluerint , opportunum hunc locum declarandæ
propensionis nostrorum erga vos animorum arbit-
trati ,

erit, viam nostre
& Reuerendissimorum
Episcoporum & Prin-
cipium huius Seminarij
mandat, neque
unum curare & gubernare
nos, sed filios con-
simonitis, & hoc
in eius Illustris
crederet, & a quo se
referentur, ipsos of-
ficiis, que licet no-
strari animi signa
nostris maiora
vos pro veltra
s, maxias qual-
positas munis te-
ritatis Monialium
afficeramus,
en nobis maxo-
ritatis attulisse:
am, omnia illa e-
z, euellerint, si
cissimi Principi-
tierint, nonnulla
& secum habere
cum declarant
animatorum ab-
trahi,

erati, eas emitte das amplissimo vestro nomini, latti
dedicare, & laborum nostrorum in studijs primitias
libentes consecrare decreuimus: & licet exile nimis,
& exiguum primum vestri in nos officij monumen-
tum offeramus, haud tamen veremur factum iri, vt
a quopiam imprudentie reprehendamur, cum prae-
sertim id faciamus ratione suadente, non eandem
semper in referendis gratiis, neq; obsequij magnitu-
dinem pendi maxime, neq; praestatiam, sed officiose
cuiusdam mentis, gratiis, animi studium in pretio
esse, quod vbi desit, videntur etiam prectiosa vilesce-
re, vbi adsit, etiam minima, & levia ex humilitate
precellere. Intelligimus sanè omnes, quam leue sit
funebre hoc musarum nostrarum munus, quod tibi in
primis Illustris. & Reuerendiss. PRÆSVL, & cae-
teris Illustris. Madrutijs huius Seminarij vigilatissi-
mis fautoribus dicare voluimus, at quam libenti, quamq;
grato animo illud offeramus, silentio malum-
mus, quam verbis non dissimulare: genus hoc mu-
neris quoddam est, quo nos eos, qui de nobis bene
meriti sunt, possumus remunerare: exiguum quidē,
si rem perpendatis, sed si animum respicientis, gra-
tissimum: Neq; verò si diligentius res ipsa confide-
retur id à nobis ab re factum esse videbitur; Quid
enim commodius fieri potuit, quam ut ea, que à no-
bis emittenda essent in æuternam PRINCIPIS
gloriam, neque PRINCIPIS modo, sed &
PATR VI, & FRATRIS omnium MADRV-

TIO.

TIORVM optatissimi, ca vestrum omnium amplissimo titulo, cohonestarentur, & Principis defuncti memoria, VIVO PRINCIPI NEPOTI, cæterisque carissimis F R A T R I B V S conseruaretur à maximè verò , cum quicquid in nobis est eruditionis , totum id à vobis acceptum omnes referre debeamus , cur non aliquod exhiberemus, licet exiguum , at certissimum amoris , & obseruantiae nostræ erga vos argumentum, ne saltem ingratorum hominum notam subiremus? Hoc igitur munuscum nostrum, qualemque est, ea vultus serenitate excipiatis , optamus, quæ nostrum omnium animi in offerendo hilaritati , & alacritati respondeat , & ijs nenijs , quasi nostri hortuli floribus vos oblectetis , dum nos annuente Deo , Patrumq; Somaschenium labore industrie nostrę conatus omnes intendimus, vt ex hoc hortulo aliqui tandem fructus expromantur , qui cum ad maturitatem peruerterint , dignè à nobis amplitudini vestræ offerri possint . Diu Valete .

trum omnium
& Principis defun
PI NEPOTI,
RIBVS con
quicquid in or
vobis acceptus
on aliquod est
simus amoris
mentum, ne fa
subiremus? Hoc
cung; est, ea val
que nostrum on
& alacritati rel
ortuli floribus
eo, Patrumq;
e conatus om
qui tandem fru
ritatem perue
tra offerri pol

OIVARII DE OLIVARIIS
CAGDIAVAT MADRVTIA
CAGDIAVAT MADRVTIA



EORVNDEM EPIGRAMMA.

Annue progenies, precibus MADRVTIA nostris
Excipiens placida fronte dicata tibi;
Officij memores tanti omnes usque petemus
A superis vitae secula longa tuæ.



O L I V E R I I D E O L I V E R I I S,
in Funere Illustriss. & Reuerendiss. Domini
D. LVDOVICI MADRVTII
Card. Episc. & Principis Tridenti,
Sedis Apostol. Legati, Ger-
maniæ Protectoris, &c.

ORATIO.

IRVM fortasse videbitur, Illustris, Praeful,
venerabiles Canonici, ceteriq; , qui adestis,
Auditores Nobilissimi, mirum, inquam, vi-
debitur, quod ego omnium imperitissimus
eminentem hunc locum subierim, his de re-
bus oratiunculam habiturus, quæ, dum eas mente, & cogita-
tione percurro, animum auocant, ambigendique locum
subministrant, ea, quæ molior ad optatum posse perducere
finem; & quod longè extat difficilius, apud eos mihi sit ha-
benda oratio, quorum aspectus non meam modo, sed cuius-
uis in arte dicendi eruditissimi, ac discretissimi oratoris ocu-
lorum aciem contorquere, medioq; orationis curriculo per-
oranti metum injicere possit: verum enim uero illatam ad-
mirationem quodammodo ex vestris abolere animis haud
diffido, si dixerim prouinciam hanc proprijs imparem viri-
bus, non temeritatis impulsu, sed meg, astantiumq; condi-
cipulorum singularis benevolentiae causa, in Illustrissimum,
ac Reuerendiss. Card. LVDOVICVM M A D R V-
T I V M Gymnasij nostri Moecenatem vigilansimum me
agressum quam sanè, prouinciam, eò lubentius duxi perfol-
uendam

uendam quò humanitas vestra, Nob. Auditores, attentæ au-
ris non exiguum animo indidit specimen, vt mihi hodierna
luce fas sit (licet ægrè hac data occasione) commemorare
laudum pœonia Illustris, ac Reuerendis, extincti omniū
mçtore ANTISTITIS, quamobrem vos tum animis,
tum auribus adeste, & ego incepsum prosequar institutum.

Amplissimum Card. L V D O V I C U M M A D R V-
T I V M, Romæ superioribus diebus vita functum, summo
natum genere, nemo est, qui ignoret, nam eius insignis no-
bilitas pricis ab usque temporibus adeò enituit, vt inter illu-
stres proceres, clarosq; heroes, principem obtainuerit locum,
quæ postmodum sic inoleuit, vt ex ea, tanquam ex immen-
sa stipite nobilissimi profluxerint viri, qui hinc inde per ter-
ratum orbem fusi, generis nobilitatem amplius auxerunt: id
attestatur Tybris, qui Illustris. M A D R V T I A E D O M V S
duplici felicissimo Cardinalium interitu, C H R I S T O-
P H O R I quondam, ac L V D O V I C I nuper deco-
ratus, labitur: hoc idem fatetur Germania, cui tam egregios
viros intra proprios fines, sinitimaue loca, licuit excipere;
testis est vrbis T R I D E N T I N A, quæ præ coeteris maiori
gaudet priuilegiij munere, quippe cum tantorū virorū patriæ
sit fortia nōmē, in numeri demū tum æquoris sinu, tum Ita-
liae Regiones tantam M A D R V T I O R V M nobilitatē
habent: quid opus est pluribus? non ne inuictissimus N L
C O L A V S L V D O V I C I morte deleti benignissimus
parens, propriæ familiæ multum nobilitatis adeptus est? à
quo cum nullatenus filium degenerasse pateat, fateri etiam
oportet, eundem meritis nobilitatis laudibus decorandum.
Sed quid tam eximia generis amplitudo profuisset, nisi &
Max. Princeps L V D O V I C V S M A D R V T I V S,
hanc ipsam spectatæ suæ virtuti, & morum probitati æqual-
set? siquidem ab ineunte ætate factis imbutus disciplinis, in-
terq; leges educatus, quas vitæ extare magistras in confessio
est, sic excelluit, vt iuuenis adhuc ad Cardinalatus sit cue-
sus

Etus dignitatem , nec mirum, cum eo ætatis tempore , pluri-
bus senio confessis virtute præstare visus sit, tunc enim in eo
indolis non vulgaris bonitas elucebat, ciudemque ingenij
acies a prima vñque iuuēta adeò emicabat, vt nullum in tali
constitutum æuo fuisse pateat, quem Illustriss. L V D O VI-
C V S , vel ingenij dexteritate, vel virtutum meritis non
exuperarit; atq; ideo florentissimo annorum cursu volupta-
tum detestatus illecebras, quæ iuuenum animos irretire so-
lent, multa virtutum genera amplexus, anhelans gradum
perfectionis, ulterius progrediebatur. Verum, vt ad virile
peruenit robur næcta occasione, ea tunc clarè patuerunt, quæ
in præcordijs recondebant, idcirco tanti viri perspecta prudē-
tia ei protinus TRIDE NTI regimen delatū est, qui sibi
creditū populum sic rexit, susceptaq; munia tam feliciter obi-
uit, vt ad honoris culmen iter sibi expedire videretur; maxi-
ma in eo vigebat sapientia, tam in familiaribus, quam in ciui-
libus peragendis negotijs, bonis namque pro meritis impen-
debat præmia, malis verò pro patratis facinoribus debitas
poenas infligebat, atq; hinc facile cōperimus tanti PRIN-
CIPIS aequitatem mox innotuisse Rom. Pont. quare acer-
sus Reuerendiss. L V D O V I C V S Romā profiscitur,
ibiq; tum à Summo Pontifice, qui eo tempore prærerat, tum
ab amplissimo Cardinalium comitatu, perhumaniter exce-
ptus, talem inditę virtutis protulit significationem, vt vni-
cum M A DR VT II nomen per omnium ora insonuerit,
nec idcirco foret mirū, si inde ad IMPERATOREM
sempr AVGVSTVM pluribus Legationib. à dextris sit fun-
ctus, in quibus tam exacte impositū onus perfecit, vt ab hoc
vno, ad omnes Christi fideles plurimum emerferit utilitatis.
Quare mihi ipsi deesse, ab officioque meo deterri videor,
cum propter temporis iniuriam summa laudum capita huius
amplissimi Cardinalis nequeam recensere, in quibus certè
commemorandis, obmutelceret lingua, viresq; corruerent,
nam si fas esset immensi poli sydera numero compleSSI, fas
quoq;

quoq; esset innumeras animi dotes Illustris. L V D O V I L C I persequi , sed quemadmodū illud arduū est, hinc sit , vt & CARDINALIS nostri , qui e vita excessit , laudes percensere extet difficultius ; ille enim in aduersa non deiciebat fortuna , in secunda non efferebatur , sed in utrisq; habitus est integerimus , ille in opum miseriā subleuare adeò excubabat , vt anni redditus non dominus , sed minister videretur ; insuper , præstanti clementia extitit insignitus , qua in sui amorem quosq; alliciebat ; quid ulterius de Illustris . L V D O V I C O excogitari potest , vel splendidius , vel excellentius ? Prætero quanto fuerit adminiculo toti terrarum orbi , cum Romæ dudum prouide consuluerit , à qua velut à fonte exteræ queq; gētes iussa capessunt , vnde quicquid boni edidit Roma , cum in sedanis populorum dislensionibus , tūm inita pace ad Ecclesiæ cætum deuijs hominibus adiungēdis meritō Illustris . L V D O V I C I munus cuncta censemur , non quod ceterorum virorum Romanum incolentium reiectam habeam prudētiam in difficillimis quibusq; in eadem urbe habitis rebus , sed qm̄ CARDINALEM nostrū tanquam grauiori pollenter consilio præstantioremq; calentem prudentiam , his plurimum profuisse sat scio : taceo virtutes , quibus præmunitus , ac fultus omnibus incedebat præstantior : sileo prudentiam , justiciam , fortitudinem , temperantiam , ac animi exequibilitatem , quæ in eo altas iecerant radices : Omitto complutes scientias , quæ in hoc vno tanquam in propria sede residebant : silentio inuoluo insignem in Deum pietatem , & singularem in proximum benevolentiam æquali iniunctam charitati : Reticendum censeo hilarem facici asperatum , quem præseferebat : Ac demum prætermittendas duco assidas in studijs lucubrationes , quæ ipsius necis causa fuerunt , si medicorum dictis fidem adhibere volumus , qui Illustris . PRÆSVLIS defuncti aperto corpore , nullam eiusdē interitus adiunuerunt causam iuxta naturæ cursum , quare omnes in eandem sententiam iuctuntur , studia , tanquam PRINCIPALM mor-

te affecisse. Igitur, Nob. Auditores, in his, quas de Illustris,
& Reuerendiss. A N T I S T I T E habeo laudibus, cui eun-
dem conseram? forte Inuictissimo Cæsari, cuius nomen ob
armorum pæstantiam, eximiasq; alias virtutes immortalia-
tati commendarunt gestarum rerum quique scriptores & ne-
quaquam, ille enim, ut sculpi tantum incertum imberet
decus, insignia patruuit facinora, at hic superni Numinis ha-
bita ratione, multa memoratu digna peregit; cui ergo illum
equabo? num Cneio Pompeio, qui ea extitit prædictus huma-
nitate, ut Tigranem Armeniae Regem, cuius infestissimos
conatus militare profligauerat, e proprio capite, tanquam sub-
actum diadema amouentem, iuferit reponere, temporumq;
ingrauescente cursu ad pristinam transmiserit dignitatem?
nullo modi, ille enim inanis spe gloriae ductus, quæ recensu-
perfecit, at commendatissimas L V D O V I C O V S, si qua
animi lenitate, & morum lepore fulsis, hunc ipsum bullo im-
pulsu gloriae in sibi creditæ patriæ amorem retulit: cui ergo
tandem persimilem censemus nisi his, qui, vt vaticinatur
Regius Prophæta. In vanu animam suam non acceperunt,
sed merita meritis addere interdiu, noctuq; assidua excuba-
runt diligentia. Superfunt multa, quæ de Illustrissimo
L V D O V I C O M A D R V T I O non modica, sed pro-
lixia complectetur oratio, nisi laudum suarum nobis obsta-
ret multitudo; sed nos quidem tam præstati P R I N C I P E
orbati, propositū sermonē in longius protrahere desistimus,
ne ob huiusmodi P R A E S V L I S, acerbissimū funus, recēs
languētes animos inuadat mēror, nihilominus illud vnū præ-
senti hoc r̄pe breui orationis curriculo licet usurpare; nimi-
rum Ampliss. Card. M A D R V T I I interitum talem in-
tulisse dolorem, qualem felicissimam vitam exhibuisse ala-
critatem nouimus; viuus enim solabatur, angit extinctus;
vivus lētitiae cumulo perfundebat omnes, mortuus singulos
gravi molestia afficit, quare ex amissi boni consideratione fa-
cile deprehenditur mēlura doloris, nec idcirco in tot, tantisq;
infestis

infestę fortunę erumnis, oportet animo prosternari, vel penitus occumbere, sed altius est intuendum defunctum. A N T I S T I T E M materia non extitisse experte, quæ in mixtis causa est corruptionis, si ergo ex hac vita migravit, naturæ satisfecit, & à prescripto omnibus tramite non aberrauit: quamobrem reuelè cecinit Poeta Lyricus Mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, Regumq; turres, & Salomon, ne à diuinis absdūmis p̄ḡinis, habet omnibus constitutum esse capitale supplicium. Qna in re Nob. Auditores, ut incep̄tis modum faciam, & ne rudi, ac inesperto oratorum stylo, arrectas aures lēdam, vnicum perfugium supereesse dicā ad sedandum mōrem scilicet animo perpendere, in defun-

cti locum talem sufficiendū P R A E S V L E M, qui

ab extincti non defleget institutis, sed



autam nobilitatem amplius

adaugere conabitur,

quod faxit Deus.

Dixi.





IN INSIGNIA ILL.^{MI} ET REVER.^{MI}
CARD. LUDOVICI. &c.

Oliuerij de Oliuerijs.

Ales ego Louis hic, quæ signo stemmata parta,
Extinctum lacrymor iam decus omne meum.



EIVSDEM.

Clarus honos capitis rutilans hic murice tintus
Lapso portendo præmia digna viro .

IO. NICOLAI TURRESANI.

Vt superat reliquos ales regina volucrum,
Cunctas MADRVTI sic tua fama prævit.



EIVSDEM.

Designat Iouis ales, iter, quæ peruolat axis,
Defunctum claro iam residere polo.

E I V S D E M .

S Anguinis confors, renoua sonantes
Turba M A D R V T I generis dolores,
Reddit vitam tua namque Romæ
Gloria prima.

Lacrymæ riuſi veniant in ora
(Pro dolor) nostri iuuenum supra
Hora consumpsit columen beatum
Mæſta caterua.

Ciuitas tristes gemitus refundas,
P RÆS V L en letho cecidit repente,
Et tuus P A S T O R pius, & fidelis
Iuit in auras.

Præſidens orbi domito superba
Roma singultu tua verba rumpe,
Plange defunctum tumulo reposum,
Labe carentem.

P R I N C I P E M plorent homines potentem
Qui cauo fato tegitur sepulchro
Orbis effundens gemitus in quum
Omne queratur.

Concipit sedis superbe beata
Turba sanctorum nouitate plenum:
Gaudium noster petijt supremum
PRÆS V L, olympum.

JOHN

C E I U S.

EIVSDEM.

DEseruit terras firmum (heu miserabile fatum)
Præsidium, & nostri magna columna chori.
O Iuuenes date tristes, iam date signa doloris,
Versantes lacrymas imbre rigate genas.

EIVSDEM.

FAlce tua cunctos indoctos tollis adunca
Mors, pariter doctos inuidiosa rapis:
Virtutes tamen haud quis denigrare virorum:
Extincti laudes PRINCIPIIS ergo manent,

EIVSDEM.

QVis prius haud Cereris canas numerabit aristas,
Vere prius flores purpureosq; sciet,
Quam meritas possit laudes percurrere nostri
PRÆSULIS, atq; decus commemorare suum?
Offa licet cuius, tumulo sint condita mæsto,
Fama tamen rerum nuncia semper erit,
Quas dum confecit, lumen vitale videret
Notitiam rumor posteritatis habet.

EIVSDEM.

SIstite mortales gemitus, rescindite planctus,
Tristia non lacrymæ fata mouere queunt:
Sic natura iubet, sic temporis ordo requirit,
Ut pereat præsens, quæq; futura cadant;
Mortuus est sancto sancte, nam sanctus in anno,
Mæsto igitur luctus attenuate graues.
Quæ superest, durum poterit releuare dolorem
Spes miseros solans, luctibus una medens,
Alter nam surgit, qui consecutatur auitos
Mores antiquæ gloria magna domus.

THO.

THOMÆ BELLOTTI DIALOGISMVS.

Hospes, & Ciuis.

Hospes. **E**c cui solemnes fiunt pietatis honores ?
Ec cui funebris pompa parata venit ?

Ciuis. Præpedit ora dolor, Decus immortale senatus
Purpurei, hei misero, præpedit ora dolor,
Prosequimur supremo extinc̄tum munere rit̄e,
Heu lacrymas lacrymis iungere parce meis .

Hospes. O flendum caput, ergo ausa est committere tantum,
In tantum Heroem, perfida parca nephias ?

Ciuis. Æterno dignis æuo præcindit stammina vita,
Dat Pylij indignos vincere lustra senis .
Quot nobis clades vna hac, mors, clade dedisti ?
Heu, quam multa mala, hoc sunt cumulata malo .
Vrgenti fato L V D O V I C V S lumina claudit
MADRVTIVS, nimiū heu mors tibi sequa licet ?
Vestrum complorat decus, numenq; Camoenq;
Virtutum ploret, nocte dieq; Chorus .
Qui non orbatum tanto nunc lumine seclum
Prosequitur lacrymis, ferrea corda gerit .

EIVSDEM.

LVDVICVS radios per totum distulit orbem
Phœbeis certans ignibus, immo prior .

Nam simul occumbit, se abscondit lumina Phœbi
Tela, venit tenebris nox adoperta caput .

LVDVICVS clarus micuit, dum vita maneret,
Nunc idem, & moritur, res noua, & exoritur .

EIVSDEM.

Binas ternarum super eminet vna fororum,
Quas quicunque sapis, seu cape, siue tene :
Has L V D O V I C V S tenuit, quo ad lumina clausit,
MADRVTIVS, tandem fertur ad astra Poli .

EIVSDEM.

Qui L V D O V I C I virtutes nosse laborat,
Vel non dum est natus, vel puto, natus heri est .

OLIVERII DE OLIVERIS.

DIOS quando gemes casus vrbs alma. TRIDENTI.
N*e*mors PASTORIS te premis ipsa misericordia.
Immanis fuge tu mecum conscientia sati,
Quod melius nobis intulit atra dies:
Cum LVDOVICI mox artus triste sepulchrum
Exangues clausit viscera subter humi;
Ipse ego nam tacitum dum cerno lumine mentis
Extremum funus PRÆSULIS usq; graue,
Mens mea concepto tanto submersa dolore,
Hinc abit ex imo pectore mora procūl:
Intus lingua modo, & tenero defixa palato,
Abauit ore sonos edere muta diu;
Exedit unde simul pectus, sic angor acerbus,
Vt nusquam hic habeat iam noua plaga locum,
Tempore, nec tamen instruitur medicina dolori:
Ast redeunte magis sole dolore tremor.

EIVSDEM.

HEu rigidum fatum, cuius iam fauciū iectu
Occubuit PRINCEPS, gloria magna virum,
Cur exangue putri tumulo mandare cadaver,
Ausum es PASTORIS, quem gemit omnis humus?
Ille ipse etatem, qui dum traduceret istam,
Syderis instar erat clarus in axe noui:
Protinus hoc per te priuato luce suaui,
Excessit totus splendor ab Urbe Tybris;
Funere, sed quamuis mersisti membra caduca,
Conspicuum renidet nomen in orbe tamen;
Indos, & pennā penetrat citra fama volueri,
Atq; TRIDENTI feri fertur ad ima Dei:
Vnde tuos Titan dum fundet fulgidus ignes,
Et calido viridem lumine sparger humum:
Æthereas semper nomen se tollet in auras
PRINCIPIS extinti, qui iuga sacra tenet.

EIVS.

Q VI TERRAS LIQUIT CRUDELI FUNERE PREFLUS,
ELYSEE FEDIS IÆTUS ADIUIT OPEST.

QUI TUMULI TETU RECLUSUS MARMORE, DORMIT,
ÆTHERIS EMENTOS OCCUPAT ILLE LATES,

E I V S D E M .

PRÆSULIS, ò PUPULI, QUI NOSTIS FATA SUPREMA,
FUNEBRES VOCES IUGITER ORA SONENT,
LUMINIBUS PROCERES LARGOS EFFUNDITE FLETUS,
NAM CECIDIT ROME GLORIA MAGNA DUCUM.

QAVANCINI DE AVANCINIS,
VI, PRÆSVL, VENISTI IN FUNERA LUCE CARENTIS
RESPICE HONOREM MÆSTUM CELEBRARE TUOS,
ATQUE DOLERE OBITU TANTI PASTORIS, ALVMNOS,
QUI IN COELIS ANIMA, & CORPORE STAT TUMULO.
AST NE LICET TRISTES ANIMO DEPONERE CURAS?
DURUM; NOX OMNES, SED TAMEN VNA MANET.

O D O R I C I O V A N E L L I .

ILLVSTRIS PRÆSVL SPIRANS VIRTUTIS ODOREM,
INGENIO POLLENS, CONFILIOQ; GRAUI,
QUI CUM REXISSET MULTOS FELICITER ANNOIS.
PACEM CONTENTUS, LINQUERE NUNC VOLUIT:
ET NOS PERMITTENS MÆSTOS EFFUNDERE QUESTUS,
EXTREMO LANGUENS DECIDIT ECCE DIE.

I O. D' O N A T I M I C H E L E T T I .

HIC ILLUM REDDIT TUMULUS, QUIEM MÆSTA SUPERBO
SEMIDEUM COLUIT FUNERE ROME, PATREM;
ILLUM, ILLUM, QUI CARDO DEI, QUI & PASTOR OUILIS,
ET PRINCIPES Populi, perugil, acer, erat:
QUI PACEM SUADERE TOGA, POPULOSQ; TENERE
SCEPTRUM; SICQ; PEDO COGERE NORAT ONES:
NESTORA QUI SECLIS VICISSET, SI TE, ò TRIDENTVM
DISPENSATA ILLI STAMINA NENTE FORENT.

D O -

DONATI GIERARDI.

Vates: Melpomene. Manes defuncti.

OCui, Melpomene dicere lugubres
Cantus muneris est, huc ades, anxio
Curas ex animo pellere conscientia,
Tristes praecipiens sonos.
Melp. Ah sequa citius Atropos MADRVTIVM,
Quam quisque crederet tulit;
Hinc ora cunctis pallor albus inficit,
Mentesq; perculsa stupent:
Harentq; mente graibus omnes fletibus,
Sunt muri, & ipsi funebres:
Demisse Celo cur enim ante nos rapit
Te parca rupto stamine?
Quid nos? quibus te vita erat superstite
Iucunda, nunc contra, grauis?
Tibi sacer pudorq; , nuda & veritas,
Fidesq; recti deç soror:
Quis damna tanta ferre posset ægrius
Nobis, MADRVTI flebilis?
Quo gens fluebat vnaquæq; , & extere
Tuis mirata honoribus,
Heu nunc in vrna corpus vna nobile
Iaces decus MADRVTU.

MANES DEFUNCTI.

NÆniæ tristes, gemitus verendi
Funere à nostro, querimoniaq; ,
Absit, & clamor, tumuliq; inanes
Mittite honores.
Creditis, quem vos obijste flentes,
Non ego in terris varijs morabor
Amplius curis grauis, inter astra
Summa receptus.

Sed

Sed neq; in terris abolebit villa
Iam dies nostrum decus; at triformi
Me ultimos penna feret ad Gelonos
Fama superstes.

BARTHOLOMÆI TODESCHI.

HEu pastor graue nuntium TRIDENTVM,
Dudum fama tulit tuas ad aures:
Heu PRINCEPS obiit tuus, TRIDENTVM,
Tantum visere, quem prius tu auebas:
Heu, quem restituet tibi, TRIDENTVM,
Nunquam parca gemis, petisq; dinos:
Heu, qui carus erat Deo, TRIDENTVM,
Nox æterna premit, tibiq; tantum:
Heu, nunc i Populos pedo, TRIDENTVM,
Et sceptro rege, quem haud ferit semel mors?
Heu, heu, funde pias pio, TRIDENTVM
PASTORI lacrymas sinu, Duciq;.

OLIVERII DE OLIVERIIS.

FAs erat metris Ducis ante nostri
Nomen immensum celebrare vati,
Atque spectatis decorare gesta
Quæq; Trophæis.
Triste, sed fatum replet illa luctu,
Inflat, ac imas maris hoc procellas,
Quod simul nostro premit intus altum
Corde dolorem.
Vnde nunc versu vetat alma Clio,
Et chorus totus comitum fororum
PRINCIPIS tanti resonare terras
Laude perenni.
Limpha parnassi dediti camenis
Arct, vt vates nequeat fluenta
Ore libando iuga celsa montis
Scandere supra.

Hinc Maro noster celebris Poeta,
Qui diu elapsus viguit sub auro,
Carmen excultum negat id, quod ante
Pangeret ultro.

Hinc lyra aurata ferunt canora
Fila, qui vates numerosus olim,
Abnuit dulci, modulata iussus
Promere verbi.

Ergo, qui partuo legis in libello
Carminum tractans opus editorum
Lugubres verbi, tamen hosce nulla
Arte decoros.

Dente ne mordax laceres Theonis
Sed memor nostri inuenialis qui,
Pacito erratis, calamis notantis
Funera mesta.

OLIVARIUS DE OLIVARIIS.



PRINCIPALIA
SCHEMATA LIBRI.

DI STEFANO PASIO.

Affitte starsi, e meste
Veggio le sacre Muse,
Pot che voler celeste
Le belle luci ha chiuse,
Del lor più caro amico,
Ch'era'l MADRVCCIO saggio LODOVICO.

DEL MEDESIMO.

Credea forsi la morte
Di toglier alla vita il ver sostegno
D'ogni virtù, mà van fu il suo disegno,
E fù contraria forte,
Che vita il tolse à lei,
E posel fra li Dei.

Del medesimo.

Altro splendor di gloriofa prole,
Honor de nostri tempi, e gloria, e vanto,
LODOVICO MADRVCCIO, honesto, e santo,
Per cui ogni mortal si lagna, e dole;
Hoggi è salito à quel supremo sole,
Che di nostra natura prese il manto,
Per godere sempre quel soave canto,
Che da Diuini spiriti vdir si vuole.
Ah Ciel, s'esser potesse, ch'il dolore
In te regnasse mai dell'altrui bene,
Direi, che per inuidia ec l'hai tolto;
Ma perch'egli è più degno del tuo honore,
Che del terreno, quindi si conuiene,
Che nelle stanze tue lieto ei sia accolto.

D. DI

DI DONATO GIERARDI.

V Ifse santo, è in vn santo
Morio il gran MADRVCCIO LODOVICO.
Di carità, di fè, di pietà amico:
Volò à Dio la pur'alma,
Ha Roma la fral salma.
Del medesimo.

Mort'è, ah non già, ma viue,
Il tuo MADRVCCIO, ò TRENTO, che vil morte
Alma si grande ifdegna, e se pur morte,
Sorger à immortal vita
Delli dir, e non vita.

Del medesimò.

Mentre viisse mortale,
Di scettro, pastoral, purpureo manto,
Il gran MADRVCCIO adorno
Fu, ed'hor, che qui la frale
Vana imago, fin tanto
Che'l suo fattor là riunisca vn giorno
Alla parte immortale,
Immortal lascia, per virtù, e valore,
Contro nemici, per pietade, e amore
Verò Dio, e mendici,
Ne superne pendici,
Lieto s'en gode, e'l buon desio gradisce,
D'alumni luoi, ne più altro ben ambisce.

DI GIO. DONATO MICHELETTTO.

AH Dio, ah Dio, qual più dolce nouella
Aspettar i poteuo,
E che bramar deueuo,
Che d'vnifsi al mio Dio l'alma sua ancella ?
Esci, esci pura, è bella :
Il gran M A D R V C C I O disse
Alla morte, che fisse
Le ciglia in lui volgendo, e l'atra falce,
Atterirlo credea,
Mentr'egli intento hauea,
Il 'pinto al fin : cio vdito ella ; esta falce,
Ahì, disse, già non t'uccidra è men' Io ;
Tu spira l'alma a Dio.

Del medesimo.

Giace in terra la fral corporea salma
Del gran M A D R V C C I O, ma'l suo grand'honore
Non giace già, ma viue, e la pur'alma
Immortale di lui parte migliore,
Salita al Ciel di triplicata palma,
Adorna gode il suo etern'amore,
Percui di carità, di puro zelo
Ardea, mentr'era inuolta in mortal velo.
Dunque ò beato, c'hor fra i più lucenti
Spirti del Ciel beati, il tuo Dio serra ;
Con tutti i modi humili, e riuerenti,
Humili ti preghiam chinati à terra,
Facci, che tutti noi restiam contenti,
E di ciò goda il Ciel, e ogn'hor la terra
Giubili, e canti con soavi note,
Perche succeda à te il tuo Gran NIPOTE.

D 2 DI

DI BARTOLOMEO TODESCHI.

N Vouo essemplio fra molti antichi, e chiari,
In cui ogni viuente specchi'l volto
Hor par, che Morte habbi di R O M A tolto,
Anzi del Mondo il primo fra preclari;
Si ch'ogn'un voglia, ò nò, conuien, ch'impari
Effer sotto vna legge, e fascia inuolto,
Ch'ogni fior nato d'ogni pianta accolto
Conuien si secchi, e qual fu, non' appari.
Morte morto non l'ha, ma posto altroue,
Tal che in terra è la fama, ed'in Ciel l'alma
Il merito gode di sue immortal proue.
Questo si famoso è quel, ch'ogn'un salma
Di lui quâ giù, e là sù lieto si troue
Siede portando immortal gloria, e palma.

Del medesimo.

RISPOSTA DEL DEFONTO.

C Essate liquefar col pianto il sasso,
Per cui si copre mia putrida spoglia,
Lasciate amici la sfrenata doglia,
Ch'ogn'un, ch'è nato giunge à questo passo.
Forza, ingegno, valor, ne hauer di Crasso
Mutar potrebbon mai la fatal voglia,
Fate pur sì, che di suprema soglia
Lo spirto vostro al fin non resti casso.
Di virtù accefo ogn'hor, d'un caldo zelo
Vissi in questo mondo fin dalle fasce
Sprezzando di fortuna, e morte il telo,
Si che quel, che di quella sol si pacce
Salisse, come io son salito al Cielo;
Che chi ben viue, mor, forse, rinasce.

DI

DI BARTOLOMEO GIERARDI.

Vce del giorno, già da noi sparita,
nde vna fiamma vscia , che l'indurati,
aura soprana , ci rendea infiammati
r di defio , or dell'eterna vita .
Un longo sospirat , persua partita ,
n formar de lamenti , in vanj lau ,
ausò , che i cuori pel PASTOR mutati ,
ordissero mandar nel Ciel sua aita .
Cosi , con mesto lagrimar , s'intese ,
Non sol ne Cieli , & nella terra ancora ,
Che vna con le acque , e l'altri col rumore ,
MADR VCCIO à tutto il Mondo esempio ogn' hora
Di gran bontà padron , si che di honbre ,
E gloria à noi farà sempre palese .

Del medesimo .

M Ostrate omai (deh cuori lagrimanti)
lla patria ciò , che il spirar , portato
el suo PASTOR ha ; pur ditte il mal fato
otto ha ogni cosa in cride , e'n doglie , e'n pianti .
Voi mesti per ria morte , or ditte inanti
apo , non fine , sia pur da ogni lato
con lagrime uol voci , il vostro stato ,
In ogni cuor causando i sospir tanti .
Ecco à guisa di rosa , il grato odore ,
Fuori mandaua ogn'or , porgendo aita
A pellegrini , con perfetto amore .
Omai consonta in pianti (ò nostra vita)
Sorgendo à noi vn nuovo , e simil fiore
A lagrime dar fine ogn'un c'inuita .

Dei

Del medesimo.

LOiche dell'agrimar già stanchi sete,
RAgione omai farà, che in luce vscisca
Il lagrimeuol pianto, e che finisca
Nel gaudio quanto di dolor hauete.
Come voi mestri trattenere potete
Il pianto? pur di lagrime perisca,
Ere lo paterno affetto, e reuivisca;
Mil cuor conforto, già per troppa sete,
Per si dogliosa, e lagrimeuol forte,
A voi or nata del **N E P O T E** inuito,
Ogn'un goder si **dene**, e credar forte,
Benché il pianto alla morte attribuito,
Aperto habbi de cuor le chiuse porte,
Sorgerà nondimeno un fior fiorito.

Del medesimo.

Donque ogn'un del **P A S T O R**, la morte ria
In ogni luoco sempre i giorni, e l'hore
Tanto pianga, che della morte errore
Ammenti, e sua virtù palese fia.
Mse ancor ha desio, di vita pria
Z'hauer partenza, con perfetto honore
Tutto amoroso preghi con amore,
ODio immortal in tua custodia ci sia.
Tu **P A S T O R** donque glorioso, e santo
Perdona à ciò, che la pena, e l'inchiostro
Di error commesso hauranno in questo canto:
Ed'or, che lieto godi, **P A S T O R** nostro
Di tue vittù il pregio in su quel Regno,
Prega Dio che godet il Ciel sia degno.






D. ANTONII CROSINI
ad Seminarij Trid. Alumnos.

Non sic Eurydicen gemebat Orpheus
Fato tam miserabili peremptam :
Non tot Cypria lacrymis Adonim,
Alcidesve suum rigauit Hylam,
Quam tu M A D R V T I I necem gemiscens,
O cetus Iuuenum facer T R I D E N T I ,
Lugubri modularis ore carmen ;
Nam mors dira tibi tulit dolorem
Tani sequum , nihil vt nouem sororum
Te cantus moueant , nihilq; Phoebi :
Sed nuda velut , aridaq; in ulmo
Confidit viduus , gemiteq; Turtur :
Sic tu PRINCIPIS indigus Patroni ,
Producis merito dies amaros ,
Singulu , gemitu , dolore , fletu .
Quamuis pro meritis satis Poesis
Haud fundet lacrymabilis Camena .

F I N I S.



D'ANTONII CROSENTI

Si summi Titi Apenni

Non ne periculis tempeste obire

Procul misericordia tua

Nostris Chiesi teclibus Agonum

Apostolicis tuis deinceps Huius

Quem in MADRATI accensus benignus

Ozias prophetam fecit EZEKIEL

Indignis indegenis et exortis

Nam mors quis nisi ultro fonsum

Sicut lumen dixi ut in mortuorum leviorum

Terminis mortuorum impedit Proceri

Sed quodque atrae, turbidae, puto

Conspicuas agmina, secundum lumen;

Sicut PRINCIPES undique regnari

Potestis nunc quoque fessus amare;

Sicut enim, dumne, reges, regi,


Habentimque vestrum aperte Caudas;

Quemvis quo minus quis loqui

EINIIS.



L A
S E
T
S V B
C O N
Ioseph
In Illustris
MADR
Principis
maniae P
Trinitati
tia, celeb



©Eastman Kodak Company, 1977



I AE
I I
I,
V M
E,
tore.
OVIC
scopi, &
gati, Ger-
. Sanctiss.
Obseruan-
no 1600.



600.